

Genus est quasi materia specierum et differētia ut forma.

Genus est idem quod species.

Genus predicatur de speciebus. **S**pecies collocatur immediate sub genere.

Differentia est qua aliud ab alio proponimus distare et differre et predicat in quibus de speciebus.

Diuisio generis fit per species quando species appellantur proprijs nominibus quando non per differentias fit.

Diuisio generis est ad integras et perfectas diuisiones specierum.

Differentia generis diuisione debet esse per se non per accidens. et debent esse opposite quia omnia bona diuisio est per opposita ex primo elementorum. et debent esse proxime et non remote note non ignote. et conuertibiles. i. totaliter ipsum diuisum euacuantes.

Omne aptum ad diuisionem est aptum ad diffinitionem.

Prima oppositio est contradictio.

Negatio non constituit speciem.

Species constituitur negatione que proprio nomine non nuncupatur.

Quotiens diuisio fit per negationem prius debet poni affirmatio.

Si prior diuidens genus fit negatio: tardior fit intellectus rei.

Diuisio reperta ad naturam generis cognoscendam debet deduci potius ad intelligibiliora quam ad ignotiora.

Limita sunt priora infinitis.

Priuationo supponit subiectum aptum naturam et dispositam. negatio vero non.

Quedam proferunt vocabulo habitus. aliquid vocabulo priuationis.

Multotiens diuisio gentium fit per contraria immo fere omnis.

Si esset copia vocabulorum: omnis diffinitio daretur ex duobus terminis: aut si nomina propria posita essent: omnis diuisio esset in genera id est in duo.

Oppositio relatiua nullomodo valet ad diuisionem generis.

Oppositio priuatiua est additionem generis quia priuatio contra habitum quod natura contrarium opponit.

Perior antiquior et magis autentica est diuisio generis in species si non sit nominum indigentia que impedit.

Omnes diuisionem oportet esse sicut et terminum

id est diffinitionem.

Virtus est optimus habitus mentis et corporis.

Idem genus non tantum vna. sed etiam pluribus diuisionibus non tamen subordinatis diuidi potest: ut patet de eodem circulo et etiam de ente.

Sicut participatio speciei plures homines sunt vnus homo ita participatio generis plura animalia sunt vnum animal.

Species informantur differentijs per quas genus diuiditur.

Sola species est diffinibilis.

Exempla faciunt artis diffinendi noticiam clariorē.

Genus in diffinitione est pars: in diuisione totum.

Totum quattuor modis dicitur. scilicet totum continue ut linea aggregatione ut acutum lapidum communitate ut homo animal virtualitate ut anima.

Totum etiam habet alios modos qui possunt ad istos reduci. scilicet totum naturale logicale: totum in loco: in tempore: in modo: et fere quodlibet diuiditur in illa et quibus fit.

Diuisio vocis fit tribus modis: vno modo quando dicitio vel oratio plura significat: alio modo quando non significat plura: sed idem multis modis. alio modo quando dicitio potest nisi sine determinatione aliqua.

Infinium dicitur quadrupliciter. vno modo secundum magnitudinem. alio modo secundum multitudinem. tertio modo secundum speciem. quarto modo secundum tempus sine durationem.

Prolata oratione ambigua potest audiri de veritate sermonis vtriusque sententiam habere: sed prolatam oratione dubitabili non potest.

Prox aut nihil significat: et tunc non est distinguenda: aut significat: et secundum vnam rem: et sic est vox simplex non distinguenda: vel plures res et sic est distinguenda ne filogismo sollicitio peccante capiat. respondens. scilicet per equiuocationem.

Ad orationes amphibologicas aliter respondendum est in disputatore largiosa et doctrinali.

Dictio equiuoca distinguitur septem modis scilicet per diffinitionem per additionem que terminat et notat genus: per additionem numeri: per determinationem casus: per determinationem articuli: per orthographiam: et per accentum.

Ratio amphibologica distinguitur quadrupliciter: per additionem: per diminutionem: per diuisionem et per transmutationem.

Aristotelis ex lib. primo peribermintas.

Que sunt in voce: sunt earū quę sunt in anima passionum note. i. voces sunt signa cōceptionū anime.

Ea quę scribuntur sūt note eorū que sunt i voce idest litterę scriptę: sunt signa vocum.

Litterę et voces sūt nō cedē apud omnes: passionēs anime et res sunt eodem apud omnes.

Circa compositionē et diuisionē est veritas vel falsitas igit̃ nomina et verba similia sunt sine compositione et diuisione intellectus: vt homo vel albus.

Nomen est vox significatiua ad placitum: sine tēpore cuius nulla pars significat separata.

Non homo: neq; nomē: neq; oratio: neq; negatio erit sed infinitum nomen sicut innominabile erit.

Catonis vel catoni. et quecumq; talia: non sunt nomina sed casus nominis.

Cum dicitur catonis est: vel non est: nec est vera nec falsa: ex quo consequenter trahitur: qd verum et falsum presuponit congruum.

Verbum est quod significat tempus: cuius pars nihil extra significat separata: et est semp nota eorum que de altero predicatur.

Currit est verbū cōsignificat enī nūc esse.

Non currit non laborat non est verbū sed verbum infinitum.

Currit et currebat nō sunt verba: sed casus verbi. quia verbū significat tēpus presens: ista vero preteritū et futurum.

Verba secundū se nomina sunt: et significant aliquid non tamē vt oratio.

Nomen infinitū equaliter de omni ente et non ente dicitur.

Significare est intellectu constituere. et audire quę eicere est.

Hoc verū est significat quādam cōpositionē quā sine extremis non est intelligere.

Oratio est vox significatiua cuius partium aliquid significatiuū est separatiū vt dictio nō vt affirmatio. et c.

Oratio est vox significatiua cuius partium aliquid significatiū est separatiū. vt dictio non vt affirmatio. hoc dicit qd multotiens accipit dictionē pro affirmatione: affirmatio cōuertitur cum oratione.

Pars orationis in duplicibus dictionibus. i. compositis significat. sed non per se.

Oratio est significatiua non sicut instrumentū

sed per placitū. vt dicit de nomine et verbo.

Non omnis oratio est enūciatiua. sed in qua est verum vel falsum idest indicatiua.

Deprecatio oratio quāda est sed nō vera neq; falsa est.

Est vna prima oratio enūciatiua: affirmatio. deinde negatio: alie vero coniunctiue.

Animal gestibile bipes idest diffinitio non est vnū. eo qd partes propinque dicuntur. sed tamē hoc tractabit in septimo. metaphysice.

Est oratio vna enūciatiua: que vnū de vno significat vel conuentione vna plures aut erit que plura et non vnū vel inconiuncte.

Nomen est verbū dicitio fit sola.

Simplex enūciatio est vox significatiua. de eo quod est aliquid vel non est quēadmodū tempora diuersa sunt.

Affirmatio enūciatio est aliquid de aliquid. Negatio vero est enūciatio alicuius ab aliquo.

Quoniā est enūciare quod est esse: et quod est non esse: et quod non est esse: et quod nō est nō esse et circa ea que sunt extra presens tēpus. Si militer contingit quod quis affirmauerit negare et quod quis negauerit affirmare. Quare manifestū: quod omni affirmationi est negatio opposita: et omni negationi affirmatio.

Necesse est omnem orationē enūciatiua perfectam consistere ex nomine et verbo: sine quibus perfecta nō dicitur oratio.

Affirmatio et negatio oppositę: est contradictio idest oppositio: dico autē oppositionem eiusdem de eodem: nō autē equiuoce.

Rerū: alie sunt vniuersales: alie particulares.

Vniuersale est quod aptum natum est predicari de pluribus.

Singulare est quod nō natū est esse in pluribus: vniuersale vero sic: vt homo quidam vniuersale: plato vero particulare.

Enūciare vniuersaliter est: vt omnis homo est nullus homo est: particulariter vero aliquis homo est: aliquis vero non.

Hoc signū omnis nō est vniuersale: significat tamē vniuersaliter. i. significat quod aliquis terminus teneatur vniuersaliter quod sic nō est.

Nulla affirmatio erit vera in qua predicat vniuersale vniuersaliter sumptum.

Oppositio que est inter vniuersale et particulare de oppositis qualitatibus est contradictoria.

Vniuersalis affirmatiua et vniuersalis negatiua in eisdem terminis opponitur cōtrarie.

Omnis propositio que sunt cōtradictorie sine sint i terminis vniuersalib⁹ sine singularib⁹: si vna ē vera ⁊ alia erit falsa: ⁊ cōtra-

Nō ē idē dicere: hō nō ē albus: ⁊ nemo ē alb⁹

Oni affirmationi vna negatio est opposita.

Omnis enuntiatio est vna que significat vnu de vno siue vniuersale siue non vniuersale.

Ad vnitatem enuntiationis non sufficit attribuere vnam vocem vni voci: sed requiritur qd vox cui sit attributo tantum vnum significat ⁊ non multa.

In propositionibus de presenti ⁊ de preterito oppositis necesse est tam in vniuersalibus: q̄ in particularibus qd vna sit vera ⁊ alia falsa.

De futuris singularibus. s. in materia contingenti: non est determinata veritas.

Non omnibus affirmatio vel negatio de futuro est vero vel falsa.

Nō omnia veniunt ex necessitate. sed multa fiunt a casu ⁊ ad vtrūq;.

Non vtrūq; pars est falsa in propositionibus de futuro in materia de contingenti.

Propter nostrū affirmare vel negare: nihil sequitur in re.

Nos videmur esse principium futurorum: ex eo qd consiliamur. ⁊ agimus aliquid.

Quecunq; possunt fieri ⁊ non fieri illa de necessitate nō eueniunt.

Duplex est necessitas. s. absoluta ⁊ cōditionata

Omne quod est quando est necesse est esse: ⁊ omne quod non est quādo non est. necesse ē non esse: sed non omne quod est esse simpliciter est necesse.

Non est necesse omnes affirmationes vel negationes oppositarum: hanc quidem veram illam autem falsam.

Secundū peribermintias.

Omnis enuntiatio significat aliquid de aliquo.

Preter nomen ⁊ verbum ⁊ innominabile. nulla est affirmatio vel negatio.

Innominabile nō ē nomen: s; infinitū nomē sicut non currit extra enuntiationem non ē verbum: sed infinitum.

Casus verbi cōsignificant tempus.

Prima ē affirmatio: deinde negatio.

Doc verbum ē quandoq; predicat⁹ s; in adiacens: vt dicendo de⁹ est: quādoq; tertiu ad-

iacens: vt dicendo deus ē hō: ⁊ tūc dupliciter dicitur oppositiones: quare quoz erit: quarū quidē due ad affirmationē ⁊ negationem se habent: s; cōsequentiā vt p̄na/ tiones: due vero minime: dico aut quoniam ē actiuus. i. predicato finito adiacet: aut nō iusto. i. predicato infinito.

Omnis non significat vniuersale: sed quoniā vniuersaliter.

Termin⁹ infinit⁹ nō ē propositio negatiua.

Transposita noia ⁊ verba: idem significant.

Dis interrogatio dyaletica petit vnā respon- sionē. s. qd altera pars contradictionis pcedat

Questio quidē non ē interrogatio dyaletica: sed demonstratiua.

Ad interrogationē dyaleticā p̄t per vtrūq; partem contradictionis responderi.

Forū que predicant⁹ ⁊ de quibus predicantur que pdicant⁹ s; accidens: vt ambo de eodem subiecto: vel alterū de altero: vel aliq; eozū includit in alio: vel idem sic repetitum in vtrūq; diuisioz: hoc non erit vnū. i. ex talibus diuisis non sequitur cōiunctū.

Quando in adiecto aliqd oppositoz inest: que cū sequit⁹ contradictio: nō verū ē sed falsum: vt hominē mortuū: hominē dicere: quādo aut nō inest: verū est: nec semp verū est dicere de aliquo simpliciter: vt quendā hominē: hominē: ⁊ quendā albū hominē albus: nō semper tamē: qz non valet. homer⁹ est aliquid vt poeta: ergo est: quia esse predicat⁹ de homer⁹ s; accidēs: qm vt poeta est.

In quantūcūq; .i. in omnibus predicatis: qm ibi nō ē aliqua oppositio: qd patet si ponatur diffinitiones p nominib⁹ predicant⁹ s; se ⁊ nō s; accidēs. i. nō s; aliquid extraneū fac proprie ratiois: in hys ⁊ simpliciter erit verum dicere. i. diuisim: siue a coniunctis ad diuisa arguere.

Opinto: nō est eius quoniā ē: sed quoniā nō est: ⁊ ideo quod opinabile ē: non ē verū dicere esse aliquid.

Dicit Boetius in quarto de consolacione: qd sicut hō mortuus nō ē hō: ita homo malus nō est hō: ⁊ hoc ē s; ipsoz: qz p̄na sua si ne. Dicendū qd duplex ē finis. s. infra vt ē forma que dat esse hōi: ⁊ finis extra: vt beatitudo: ⁊ de isto intelligit Boetius.

Ad tunc dā contradictionē in modalibus ne-